

Band XI., Nr. 5491, Seite 410

Bischof Heinrich von Konstanz verpfändet dem Abt Ulrich und Konvent von Salem die Quart von den Kirchen in Ertingen und Mengen um 82 Pfund 7 Schilling Konstanzer.

Konstanz, 1300. Juni 17.

Officialis curie Constantiensis etc. Datum per copiam etc. anno domini MCC., XV. kalendas Julii.

 H. dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentium inspectoribus subscriptorum notitiam cum salute. Universitati vestre presentibus innotescat, quod cum honorabilis in Christo Ulricus divina permissione abbas totusque conventus monasterii de Salem ordinis Cystericiensis nostre diocesis nobis octuaginta duas libras et septem solidos denariorum monete Constantiensis pro ecclesie nostre necessitatibus tradiderint tytulo emptionis pro quartarum nostrarum fructibus nobis debitis in ecclesiis et parrochiis Ertingen et Mängen, quos fructus eisdem pro dicta summa pecunie vendidimus sub hac forma, ut ipsi per se vel per suos procuratores colligant et recipiant eosdem fructus annis singulis estimandos et computandos in solutionem pecunie prelibate, prout frumentum infra festum beati Galli et beati Martini vendetur, communiter et per hunc modum percipiendos tamdiu quousque ipsis de sorte principali prelibata plene fuerit satisfactum, quam quidem summam pecunie nos integraliter recepisse ac in evidentem necessitatem ecclesie nostre Constantiensis videlicet in exonerationem debitorum gravium eiusdem fore conversam scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, – nos bonam fidem agnoscere cupientes harum literarum contextu nos nostrosque successores quicumque pro tempore fuerint per stipulationem sollempnem dictis abbati et conventui obligamus ad observandum inviolabiliter omnia et singula predicta, renuntiantes pro nobis nostrisque successoribus qui pro tempore fuerint literis a sede apostolica vel aliunde impetratis vel etiam impetrandis defensionem non adhibite sollempnitatis exceptioni non numerate pecunie et generaliter omni suffragio tam in genere quam in specie quo mediante ea que premissa sunt violari possent aliquatenus seu infringi. Et in evidentiam premissorum presentibus appendimus sigillum nostrum. Nos R. decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis contractui supradicto consensum nostrum expressum adhibemus et promittimus bona fide, quod nulli futuro electo et confirmato seu episcopo obedientiam faciemus nisi se astrinxerit ad observationem inviolabilem premissorum. In cuius facti evidentiam presentibus sigillum appendi fecimus nostri capituli antedicti.

 Actum et datum Constantie, ut supra, indictione XIII.

II

—

Nach Konstanzer Kopialbuch 500 (alte Signatur 314).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/500 fol. 5 r

Regesten:

Regesten Bischöfe Konstanz, 3180.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1293-1306)

Ortsindex:

Ertingen Wohnplatz (17264)
 Ertingen, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Mengen Wohnplatz (21164)
 Mengen, SIG
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)